



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

CXXVII. Markgraf Siegmund bestätigt die der Pfarrkirche zu Schöneberg
von dr Gräfin Ingeburg gemachte Zuwendung , am 4. April 1378.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

ciam et honorem Sancti Spiritus prope Soltwedel dedicatam Causa deuotionis et Oracionis accesserint In singulis festiuitatibus infra scriptis, videlicet Natiuitatis domini, Circumcisionis, Epyphanie, Resurrectionis, Ascensionis, Penthecostes, Trinitatis, Corporis cristi, Johannis baptiste, petri et pauli apostolorum, In singulis festiuitatibus virginis Marie, Omnium Sanctorum Omniumque animarum, patroni et dedicacionis eiusdem Ecclesie Et per octauas predictarum festiuitatum octauas habencium, Ibiq; deuote oraciones suas dixerint, ac eis dictum Cimiterium eiusdem ecclesie humiliter et deuote circuierint, Vel qui corpus domini et sacram vnctionem secuti fuerint, vel ad ipsam ecclesiam luminaria seu alterius cuiuscunq; generis ornamenta dederint uel legauerint et manus adiutrices porrexerint, quociens et quando premissa uel premissorum aliquid fecerint, Nos — — Octoginta dies Indulgentiarum cum duabus karenis — — relaxamus. Datum Anno domini M^o. CCC^o. LXXVIII^o., feria quinta ante dominicam qua Inuocauit cantatur, nostro sub Sigillo Necon Capellani in henninghe.

Aus dem Copiarium des h. Geist-Klosters zu Soltwedel fol. 14 b.

CXXVII. Markgraf Siegmund bestätigt die der Pfarrkirche zu Schöneberg von der Gräfin Ingeburg gemachte Zuwendung, am 4. April 1378.

Sigismundus, dei gratia Marchio Brandenburgensis, nec non sacri imperii Archicamerarius ad perpetuam rei memoriam. Innata cordi nostro benignitas inter ceteras sollicitudinum curas ad hoc precipue frequenter intendit, ut diuini cultus profectibus et commodis possit et valeat prouidere salubriter nec non in his nostre claritatis erat propositum nam in celestes thesauros illud indubie reponi confidimus quidquid ad magnificandum statum honoremque ecclesiarum liberaliter errogamus. Sane pro parte Alhardi et Henninghi, fratrum, dictorum Ror, fidelium nostrorum nobis exstitit supplicatum, quatenus literam et privilegia illustris Ingeburgis, Hoffazie et Stormarie Comitisse, super quibusdam bonis pro altari sancte Marie in ecclesia parochiali in Schönebergh situati data confirmare dignaremur atque omnia in eadem de verbo ad verbum contenta gratiosus confirmare, ejus litere seu privilegii tenor exstitit per omnia in hec verba: Ad perpetuam rei memoriam etc. etc. Nos igitur non tam dictorum fidelium nostrorum moti precibus, quam diuine laudis inclinati promociionibus non per errorem sed de matura et sana deliberacione nostrorumque Baronum fidelium accedente scientia, eadem privilegia et omnia in ipsis de verbo ad verbum, prout superius descripta sunt et contenta dei invocato nomine confirmamus, ratificamus et stabilimus per nos liberos et successores nostros principes Marchiones Brandenburgenses perpetue et inuolabiliter obseruari, harum quibus nostre claritudinis sigillum est appensum testimonio literarum. Datum Tanagermünde, in die beati Ambrosii, anno domini M^o. CCC^o. LXXVIII.

Serden's Fragm. V, 118—119.